



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Athanasia 27. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

126 *Vita Sanctorum.* 27. FEB.
destruxisse, Deo deinde aliud in Crucis
formam ædificasse, & cineri suo, & fa-
mæ monumentum. Ex *Metaphr.*

S. ATHANASIA 27. Februarii.

A THANASIAE ANDRONICVM
suum junximus, injuriam facturi
utriq; si nunc demum divertium inter
eos fecissemus, quos tot miracula jun-
xerunt. Igitur Antiochiæ agebant san-
ctissimi conjuges, opesque, quæ multæ
illis erant, cum cælo communes habe-
bant. Trientem primum miseri, alte-
rum viri religiosi auferebant: ultimus
domesticis usibus cedebat. Heredes
cum binos sustinissent, placuit exinde
castitati potius, quam liberis operam-
dare. Interè illos etiam uno die cæ-
lum rapuit. A THANASIA, ut impor-
tens ferè matrum dolor est, immoritu-
ra mortuis videbatur; sed Julianus mar-
tyr, in cuius templo liberorū manibus
parentabat, docuit liberis cælum non
invidere. Quin imò invidit, sed rectè,
uterque parens; & ut eodem connite-
retur, toto asse in miseros abjecto, in
diversa cœnobia abiit. Iam anni iverat
XII. cùm una ambos cupido incessit ad
sacra Solymæ loca visendi. Itaque idem
paulò post iter jungunt, & agnoscit
ATHANASIA incognita (virum, quò
tutius peregrinaretur, pudor induerat)
ANDRONICVM suum. Salute data

accep-

28 FEB. — *Vitæ Sanctorum.* 127
acceptaque iter silentio transfigitur. In-
de regressos excipit eadem cella, alte-
rosq; XII. annos ANDRONICVS cum
ATHANASIA habitat nescius novi
conjugii. Virum nempe credidérat. Et
erat : mulierem tamen mors & sche-
diasma ponè caput repertum prodiit.
Igitur corpus palmis coronatum, & elat-
um triumphi speciem non funeris
præbuit, diuque nihil aliud in ore om-
nium quam *Fœmina monachus*, & mo-
nachus coniux fuit. Ex Surio.

SS. LVPICINVS & ROMANVS CC.
28. Februarii.

Adem studia, & vitæ rationem eam-
dem audies in LVPICINO, & RO-
MANO, ut meritò fratres credamus
germanos fuisse. Ambo siquidem vir-
ginitatem à teneris coluere; ambo ho-
stes, qui ad nuptias impellebant, heu!
nimùm fortés, parentes habuere.
Pugnavit tamen pro filiis fortior in hos
mors, & illi pudorem in eremum ex-
tulerunt. Hic etiam cùm solos se cre-
derent, soli non erant. Aderat hostis
orcus, & crebrà lapidatione tyrones
animos terrebat, jamque in eam despe-
rationem adduxerat timidos, ut in pa-
triam repedarent ; cùm ex itinere à
matronâ piâ de turpi fugâ notati eru-
buerunt viris animos à fœminâ addi,
&, ut admissum dedecus eluerent,
subla-